Communic. 8 Cbi
15. flor. 9. Jan.
1633.

Σὺν Θεῷ τέλος.

Excellentissime Heros, Magnum illud imbe,
cillitatis humanæ patrocinium Necessitas
καὶ πενία δὲ ἢ ἀπορία, facit ut limites
verecundiæ plane ἀπρεπῶς transgrediar
interim tua humanitas me ultro sublevat,
ad te igitur confugio, quia quem appellem
quem implorem, quem obtester, neminem
invenio, jacentem igitur erige, et noli
admittere ut desperatus quasi, pereat.
Residens Regius Amstelodami adhuc moratur
cum d. Bielke, non frustra forsan dubito
an compotes voti evadant in impetrandis
pecuniis, pro ut auditione percepi. Peto
igitur supplex à tua magnificentia
ut viatico exiguo subvenias, quo iter
ad utrumque nostrum Puteanum ingrediar.
Beneficii ut ego ita et Parens memor erit
et sancte solutionem recipio bonam. Suscipe me igitur Generosissime Heros in
tuam fidem et clientelam. et audaciæ
meæ ignosce.

Magnificentiæ
tuæ servus

J. J. Winding
mp.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Winding) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3444

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Winding) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3444

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Winding) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3444

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Winding) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3444